Peccata enim sunt vincula et cathēa dya
boli quadriformiter vinculantur peccato=
res. Quidaz eñ sunt quorū pedes et crura
quasi quibusdam compedibus vinciuntur/
vt qui in nocte vadunt ad furta vel conse
quenter ad homicidia et hmōi cōmittēda.
de quib⁹ dicitur Sapi. Fili mi si dixerint ti
bi peccatores veni nobiscum insidiemur sā
guini innoxio/omnē substantiaz preciosam
rapiemus et implebimus domus vel do=
mos nostras spolijs sortem mitte nobiscū.
marsubiū sit vnū omniū nostrū. Fili mi ne
ambules cum eis. pedes eñ illorum ad ma
lum currunt. Ps. Humiliauerunt demones
in compedibus ipos pedes eius. i. peccato
ris/et ferrū pertransiuit animam eius.
Alij ligantur circa ventrem et femore pec
cato gule et luxurie. Isaie. lviij. Si abstu=
leris de medio tui cathenaz dabit tibi do
minus deus tuus requiem semper. ¶ Ter
cij sunt quorū lingua et collum ligant² si=
cut qui turpia loquuntur. De quibus isa. lij.
Solue vincula colli tui captiua filia sion.
¶ Quarti sunt quorū brachia sunt ferreis
vinculis ligata/sicut vsurarij et falsarij ta=
les indigent vt visitentur. sicut petrus ab
angelo magni consilij/ vt cadant cathene
de manibus eorum Quarto dyabol⁹ pec
catorem incarcerat per peccatorum con=
suetudinem. Unde peccatū est carcer dya
boli. Quāto nanqz sepius iterantur/tanto
feruēti⁹ peccator sub potestate dyaboli o
seruatur. ¶ Augustinus. Sicut ianua regni
celestis nobis aperitur bonis operib⁹. ita
et malis operibus clauditur. ¶ Quinto et
vltimo dyabolus decollat peccatorem per
desperatōnem. puer. xviij. Impius cum in
profundum peccatorū suorū venerit. con=
temnit. s. surgere. ppterea sequitur ignomi
nia et damnatō sempiterna. ¶ E Est eti
am hic moraliter aduertenduz q̄ simile ad
ulteriuz quod herodes commisit corporalit̄
multi hodie pchdolor cōmittunt spūaliter
fratris sui philippi vxorem sibi contra legis
vetitū vsurpando. Nam philippus interp̄=
tatur os lampadis. et significat ipm xp̄um
qui caro et frater noster ē. Geñ. xxxvij. Hic
eñ phillippus habet triplicē vxorem. i. tria
bona que sibi soli retinuit. Et per hoc sibi
q̄i mr̄imoīaliter desponsauit. Primū bonuz
est gloria que sibi soli et nulli creature de
betur. Ideo dicit apostolus prima thimo
thei primo. Soli deo honor et gloria.
Et isaie vndecimo scribitur. Gloriam meā
alteri non dabo. ¶ Secundum ē iudicium
Ille eñ solus vere potest de alio iudicare
qui secreta cordis potest inspicere quod cō

petit soli deo. Quia ipe solus est qui scruta
tur renes et corda vt dicitur in psalmo.
Et ideo scribitur prima chorinth. tercio. no
lite ante tempus iudicare quousqz veniet
dominus qui illuminabit abscondita tene
brarum / et manifestabit consilia cordi=
um. et tūc laus erit vnicuiqz a deo ¶ Ter=
cium est vindicta/quam etiam deus sibi so
li retinuit. vt patz dutronomij. xxxij. Mea
est vltio et ego retribuā in tempore scilicz
iudicij quando diuina iusticia reddit vnicui
qz secundum opera sua. Ideo scribitur Ro
manorum sexto. Michi vindictam et ego re
tribuam dicit dominus. Ex quo manifeste
patz q̄ quicunqz tria predicta sibi temere
vsurpat. aut de donis dei gloriando. et ea
suis meritis ascribendo/vel alium in corde
suo vel in verbo exteriori temere iudican
do. Aut etiam de iniuria sibi illata vindi=
ctam appetendo q̄ talis spirituale adulte
rium committit. et fratri nostro philippo. i.
ipi xp̄o vxorem suam subtrahit. Et etiaz ip
sum iohannem. scz gratiam dei in seipo in=
carcerat. et extinguit. Similiter etiam ille
Johannes cum herode spūaliter incarce=
rat qui talentum ad vtilitatem aliorum si
bi traditū abscondit. aut qui ipis predica=
toribus veritatē docentibus silentium im=
ponit. aut eos quocunqz mō in actu suo im
pedit. Et omnes tales absqz dubio cum ip
so herode eternaliter damnabuntur a quo
nos custodiat qui est etc.
.cliij. ¶ Sermo scdus.

Decollauit eum in carcere et
attulit caput eius in disco.
marci sexto. ¶ A Scribit
beatus Augustinus in prin=
cipio omel euangelij hodier
na. Crudele spectaculum ho
die ante oculos nostros constitutū est. Ca
put sancti Johannis baptiste misit in disco
feralis crudelitas ppter odiū veritatis. In
qua autoritate beatus Augustinus breui=
bus verbis tres rōnes insinuat/ ex quibus
passio huius sancti merito crudelis dicitur
Prima sumitur ex innocentia patientis. qr
sanctus Johannes. Secunda ex violenti
actōne passionis. Adeo eñ passio violen=
ta fuit vt caput a corpore absideretur.
Tercia ex seuicia psequētis adeo. n̄ eñ p=
seqn̄s seuiebat vt satiari non posset nisi ca
put iohānis i disco videret. Ergo dilectissi
mi suppliciū h⁹ sancti crudele fuit si atten=
dā⁹ ad eū qui passus est. qr n̄ habuit pecca
ti titulū. Si nos attendamus ad mod̄ quo
passus ē. quia truncat⁹ ē sustinēs vinclum.
Si attendamus ad terminuz quomodo ne

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0290
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt